



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313785>

36

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

30

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro **S**raudu **D**octoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FERDINANDUS **T**HEODORUS **P**AHUD,
ex urbe Batavia.

A. D. XXIII M. FEBRARIJ ANNI MDCCCLV, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD POST UITERWEER & Soc.

MDCCCLV.

СИБИРЬ Сибирь и Сибиряки.

Сборник сибирской прозы и поэзии.
Составленный из произведений русских писателей

и сибиряков, живущих в Сибири.

Составленный из произведений русских писателей
и сибиряков, живущих в Сибири.

Сборник сибирской прозы и поэзии.
Составленный из произведений русских писателей

и сибиряков, живущих в Сибири.

Сборник сибирской прозы и поэзии.
Составленный из произведений русских писателей

и сибиряков, живущих в Сибири.

Сборник сибирской прозы и поэзии.
Составленный из произведений русских писателей

и сибиряков, живущих в Сибири.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN & DUMONT.

T H E S S.

I.

Licet nihil inter contrahentes convenerit, fructus, foetus vel partus ejus rei, quae pignori data est, pignoris jure tenentur, modo dominium eorum ad eum pervenit, qui obligavit.

II.

Nulla antinomia inter I. 81 § 4 D. de legatis I et I. 86 § 1 eod.

III.

Si res aliena, cuius commercium nec heres, nec legatarius habet, reicta est, legatum valet.

IV.

Si conditionis eventus, sive ante sive post mortem testatoris, casu impeditur, minime pro impleta habetur.

V.

Arrha data, si venditio in scriptura celebranda non est, a contractu recedi non potest.

VI.

Non adsentior PUCHTAE (*Cursus der Institutionen*, § 220) in bello captis in pace postliminium esse, nisi contrarium convenerit.

VII.

L. 13 § 6 et l. 15 D. de Usufructu non obstant l. 61 D. eod.

VIII.

Non facio cum Cl. THIBAUT in opere posthumo, (*Lehrbuch der Institutionen*, p. 152): »res mancipi waren die nach dem alten System versteuerbaren Sachen;” quod probatur ex CICERONE pro Flacco c. 32.

IX.

Jure Romano non requiritur ad humanitatem partus *vitalis*, cum vivus natus est.

X.

Heres tutoris de culpa lata defuncti, non etiam de culpa
levi tenetur.

XI.

Ille, cui fundi usus traditus est, ex arbitrio judicis in
possessionem vel totius rei vel partis mittendus esse videtur.

XII.

Uxor civitatem retinet, licet maritus eam amiserit.

XIII.

Art. 647 C. C. prodest creditori hypothecario.

XIV.

Emphyteuta post semel pronunciatam sententiam, qua
jure emphyteutico destituitur, ex art. 781 C. C., destitu-
tionem impedire nequit.

XV.

Servitus separatim hypothecae dari nequit.

XVI.

Heres contra suam aditionem restitui potest, si propter
dolum extranei hereditatem adiit.

XVII.

Etiamsi mandatum indossamento minus pleno datum revocatum est, tamen indossatus solutionem petere et contra acceptantem agere potest.

XVIII.

In art. 512 C. M. verba: »*behoudens aan laatstgemelde het bewijs van het tegendeel,*” non sunt stricte accipienda.

XIX.

Instrumentum authenticum non requiritur, ut inscriptio secundum artt. 309 et 315 C. M. fieri possit.

XX.

Contra prae sumptionem in art. 135 C. M. »*wordt voor eene volmagt gehouden,*” probatio admittitur.

XXI.

Qui aedes proprias in solitudine incenderit, non punitur ex art. 434 C. P.

XXII.

Verbum *kindermoord* in art. 13, n°. 4, legis 29 Junii 1854, non unice indicat infanticidium ex impetu, verum etiam ex proposito admissum.

XXIII.

Art. 222 C. P. non continet injurias scriptura prolatas.

XXIV.

Municipes indigent delegatorum ex ordinibus provincialibus auctoritate, ut se contra actionem defendere possint.

XXV.

Qui noctu fenestras in domo aliena per petulantiam vel lasciviam effregerit, puniri nequit ex art. 456 C. P.

XXVI.

Probandum est, quod lex fundamentalis regi potestatem bellum indicendi sine praevio ordinum consensu concedit.

XXVII.

Opinio illa negotia, in quibus opifices minimas mercedes accipiunt, maximum lucrum praebere, falsa est.

XXVIII.

Basis systematis monetarii dupli simplex, et in hac aurum argento praeferri deberet.

XXIX.

Recte legislator lege diei 1 m. Maji a. 1854, art. 16,

apochas indicas (recepissen) ita cum pecunia argentea permutandas statuit, ut florenus daretur pro floreno.

XXX.

Non facio cum MONTESQUIEU, dicente: »*il serait bon de donner des prix aux laboureurs, qui auraient le mieux cultivé leurs champs, ou aux ouvriers, qui auraient porté plus loin leur industrie,*” tanquam »*moyens d'encourager l'industrie.*”